



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Collegium Universi Juris Canonici

Engel, Ludwig
Salisburgi, 1693

15. De Sagittariis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61596)

vocatio fiat, ordinarij alijs medijs honor, vel fama conservari possunt, vel adeundo ordinarium iudicem, vel dicendo ad provocantem, se non recusare pugnam, sed duellum tanquam illicitum, & provocantem expecturum, quo cum negotia habet, si palam & non proditorie aggressus fuerit. Accedit, quod tantum apud vulgares, & plebejos homines honor recusantis duellum periclitetur, non vero apud bonos & prudentes Christianos. Et deinde quod valde dubium sit, an ad defendendum honorem liceat vitam tanquam majus bonum periculo exponere. Videatur Less. de Just. & Jure lib. 2. g. n. 83. Laym. loco cit. c. 3. n. 3.

TITULUS XV.

De Sagittarijs.

SUMMARI A.

1. Prohibito Sagittariorum etiam ad alia tela extenditur.
2. Procedit in bello injusto, & multo magis, si in bello inter infideles & Christianos fideles infidelibus deserant.

In hoc Tit. sub pena anathematis seu excommunicationis prohibet Pontifex, ne illi, qui in ejaculandis sive mittendis sagittis periti sunt, hanc artem contra Christianos exercent; quæ constitutio est antiquitus lata ubi frequens usus sagittarum fuit, quare hodie idem dicendum erit de illis, qui tormenta, & alias machinas bellicas contra Christianos instruunt. Advertit tamen Joan. Honor. ad hunc tit. quod hæc constitutio intelligenda sit, si bellum ex parte illorum, quibus tales Sagittarij vel jaculatores serviunt, iniquum sit. item Gloss. & Barb. in c. ix. h. 1. excommunicationem hic statutam non esse latam, sed ferendam sententiam: quod forsitan procedit, si bellum inter Christianos geratur, si autem bellum sit

inter infideles & Christianos, tunc Christiani, qui infidelibus deserunt, excommunicationem reservatam, aliasque penas incurrunt, de quibus in cap. 6. & cap. quodammodo 12. de Jura. & in ex. ar. in. g. in. 22. & 1. inter communes ecc. in. de. de. d. v.

TITULUS XVI.

De Adulterijs & Stupris.

SUMMARI A.

1. Species luxurie illicita etiam continentur.
2. Quid sit adulterium? & quomodo in hoc Tit. Jus Canonicum à Jure Civili differat.
3. Etiam in foro conscientie peccatum est adulterium cum conjugata, quamvis sit.
4. Quomodo agatur reus in adulterio? & quomodo obligatio restituatur.
5. Quibus casibus ab obligatione restituendi liberatur?
6. Pena adulterij capitalis de Jure Civili non est mitigata? & quid de conjugata?
7. Polygamia gradum peccati debet? & quomodo effectus censatur contraria?
8. Quæ poena adulterij de Jure Canonico deliquit?
9. Adulterium puniri debet, esse atque poena deliquit.

Sicut in Decalogo post homicidium prohibetur Adulterium, ita etiam post Compilator egit de homicidio, in hoc tit. ad delicta carnis progreditur. Compilator unus solus concubitus sit heu! delictum matrimonialis, ceteri vero omnes sive de Jure Civili & Canonico prohibiti, & in parte plures luxurie species, ideo Fatinae in Oper. criminal. de Delictis carnis cap. 1. num. 3. eas species ad sequentia capita dividit, scilicet ad fornicationem, concubitum, stuprum, adulterium, sodomitum, incestum, sacrilegium & rapinum, quæ definitionem nos quoque imitaturi conveniunt rubrica hujus tit. præmittemus.

ENGEL
 ...
 ...
 ...